

adjuutorio gratis ejus non potest, illo eorum sanctificante proiectum, qui sanctificavit incepitum. Unde apostolus, Philipp. 1, 6, ait: *Qui cepit in vobis opus bonum, perficit usque in diem Christi Jesu.* Ne tandem verè sanctos esse putent, qui externa dumtaxat pietatis exerciti frequentant, sed qui vitam omnem suam secundum regulas Evangelii componunt, omniaque opera sua in Spiritu Evangelii perficiunt, fide, spe et charitate Deum colentes, factisque demonstrantes sermonem ejus, qui veritas est, animis suis insitum esse. *Sermo tuus veritas est.*

Vens. 19. — *Et pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate.* S. Cyrilus in lib. 11 in Joan., c. 10: *Pro nostris peccatis seipsum sanctificavit, id est, consecravit Unigenitus, ac tanquam hostiam sacram obtulit in odore suavitatis Deo et Patri; ut eo sublatu, quod naturam hominis à Deo separat, scilicet peccato, nihil amplius impedit quo minus Deo proximi simus, illique inhaeremus per participationem sancti Spiritus reformantis nos ad justitiam et sanctimoniam, atque ad primam imaginem. Justificati vero per fidem in Christum sumus: Qui tradidit est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram;* Rom. 4, 25. Tota enim in eo tanquam in primitis generis, ad novitatem vita natura hominis reparata est, et in suum veluti principium reversa ad sanctificationem reformata est. *Sanctifica igitur eos, o Pater,* inquit, *in veritate tua, id est, in me.* *Tunc enim Verbum veritas est, id est, ego.* *Et pro eis sanctifico me ipsum, id est, consecro et offero, unus pro cunctis moriens, ut eos in novitatem vite reformem, ut sint et ipsi sanctificati in veritate,* id est, in me. Nos ipsis per Christi gratiam sanctificemus, id est, offeramus Deo hostiam vivam, sanctam, Deo placentem. Non conformemur huic seculo, sed renoveremus spiritu mentis nostrae, deponentes, destruentes, et crucifigentes veterem hominem per penitentiam et mortificationem christianam, et induentes novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia et sanctitate veritatis. Ephes. 4.

Et pro eis ego sanctifico me ipsum, etc. Naturam à me assumptam sanctifico divinitatis unctione ut electi mei de mā plenitudine sanctificatione lauriant. S. Cyril, lib. 11 in Joan., c. 10: *Sanctificatur ergo propter nos in sancto Spiritu, non quidem alio ipsorum sanctificante, sed ipsorum sanctificationem sua carnis operante. Suscepit enim Spiritum qui suus est, et accipit quidem quatenus est homo, sibi vero illum dat ut Deus. Hoc autem agebat propter nos, ut ex ipso in universum genus sanctificationis gratia promanaret. Quemadmodum enim per prævaricationem in Adam tanquam in primitis generis humana, natura damnata morte fuit, in illo audiens: Terra es, et in terram revertaris; eodem modo per obedientiam et justitiam Christi, in quantum factus est sub lege, quamvis legislator existens ut Deus, in totam naturam promonit benedictio, et per Spiritum vivificatio.*

Et pro eis ego sanctifico me ipsum, id est, eos in me, ipsi sanctifico, cùm et ipsi sint ego. Illi enim de

quibus loquitur, membra sunt ejus, quatenus caput est Ecclesia et omnium electorum: et unus est Christus caput et corpus.

Vers. 20, 21. — *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.* illa oratione pro omnibus quos redemit, sive tunc in carne viventes, sive postea futuros, Redemptor noster oravit, cum rogans pro apostolis qui cum illo tunc erant, adjunxit eam illos qui per verbum eorum fuerant in eum creditu. Eadem enim Evangelii doctrina, idem verbum fidei et salutis, quod ab illis predicatum est, continua traditio per eorum successores ab ipsis ad nos manavit incorruptum. Et nostri ergo sunt apostoli, super quorum fundamentum dedicati sumus ipso summo anguli lapide Christo Iesu. Unde et praesentis temporis Ecclesia tam verè dicitur apostolice, ac Ecclesie temporum apostolicorum. Orat autem Christus pro omnibus electis suis, ut unum sicut unitate fidei et charitatis, tendente ad unitatem aeternam corporis mystici Christi Iesu in celis consummandam. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. Adoptionis gratia facit ut unum sumus in Patre, qui nos regenerando consortes divine sue naturae esse dedit, ad honorem et imitationem ineffabilis generationis quā essentiam suam unigenito Filio naturaliter ab externo communicat. Nos in Christo unum facit, cuius membra sumus, fratres, coheredes. Unum demique nos facit in Spiritu sancto, qui velut anima est et vita corporis mystici, et nexus omnium illius membrorum inter se, et cum capite Iesu Christo, hunc in illa Spiritu influxu perenni diffundente. *Ut et ipsi in nobis unum sint.*

Vers. 22, 23. — *Et ego claritatem, quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum.* Cum Christus sit Unigenitus aeterni Patris, hanc nobiscum gloriam communicare dignatus est ut filii Dei nominemur et sumus per adoptionem, quam gloria est dignitatem consecuti sumus in baptismio. *Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem et habemus accessum non fidem in gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei,* Rom. 5, 1, 2. Hac autem gratia Christianos tam arcta unione, tam perfecta Christo conjugit et Deo Patri, ut ipse Christus iustos ex fide viventes dignetur fratres suos vocare. *Vade, inquit, ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.* Divina hec unio per baptismum inchoatur, per Eucharistiam perficitur, in qua verum Christi Iesu corpus et sanguinem realiter sumentes, cum illo quodammodo commiscemur, illique concorportes efficiuntur, et una caro cum illo, ut SS. Patres loquantur. S. Cyrilus, lib. 11 in Joan., c. 41: *Ut ergo ad unitatem cum Deo et inter nos contenderemus, atque nos una commisceremur, rationem quandam excoagitavimus per convenientem sibi sapientiam et consilium Patris. Uno enim corpore suo cre-*

dentes in se beneficem per mysticam communionem, eos cùm sibi, tūm inter se concorportes efficiunt. Quis enim eos qui per illud sanctum corpus ad unitatem cum Christo conjuneti sunt, divisirer, et a naturali inter se unione removerit? Nam si omnes de uno pane participamus, unum omnes corpus efficiunt. Christus enim dividit non potest; ideo et Christi corpus nominatur Ecclesia, et nos ejus membra. Unit enim Christo per sanctum ejus corpus omnes uniti maximē, cùm eum unum et indivisibiliter in nostro corporibus sumamus, ei potius quā nobis nostra membra debemus. Ille Apostolus: *Aliis, inquit, Ephes. 5, 5, generationibus non est agnitus filius hominum, sicut nunc revelatum est sanctis apostolis ejus et prophétis in Spiritu, Gentes esse coheredes et concorportes, et comparticipes promissionis ejus in Christo Iesu per Evangelium.* Quod si concorportes sumus omnes inter nos in Christo, neque solus inter nos, sed et ei qui in nobis est per suam carnem, quoniam non jam aparte unum sumus omnes, et inter nos, et in Christo? Christus enim est unitus vinculum, cùm idem sit Deus et homo. Sicut autem corpus unum sumus cum Christo et in Christo per mysterium incarnationis ejus, et per corporis ipsius in Eucharistia Sacramentum, ita unus sumus spiritus per Spiritus sancti participationem quem effudit in nos abunde. Unde Apostolus ait, Ephes. 4, 5, 4, 5, 6: *Supportantes invicem in charitate, solliciti seruire unitatem spiritus in vinculo pacis.* *Unus corpus et unus spiritus, sicut vocali estis in una spe vaccinatione: vestra.* *Unus Dominus, una fides, unus baptisma.* *Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.* Uno enim in nobis inhabitanter Spiritus, unus omnium Pater in nobis erit Deus per Filium, ad unitatem mutant et suam adducunt eos qui sunt participes sancti Spiritus. Tam salutari, tam gloriose unionis gratiam ne per peccatum amittamus, quod solum nos à Deo dividere potest, magnā sollicitudine et vigilantiā caveamus. Inō cursum ut sacra haec unitas aetior in nobis in dies fiat. *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illa per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum et conexum per omnia junctorum subministrations, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membra, augmentum corporis facit in adiumentum sibi in charitate,* Ephes. 4, 13, 16. Haec unitas in celo consummabitur, omnibus electis Christo post beatam resurrectionem in vita immortali unita. *Cum autem subiecta fuerint illi omnia (solicet Christo Dei Fili), tunc et ipse Filius subiectus erit ei, qui subiectus sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus,* 1 Cor. 15, 28.

Vers. 24, 25. — *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.* Caput et corpus, unus Christus: locus proinde capit, locus est et corporis: gloria capitū in membra redundat. Si loca dicenda sunt, et quibus non corpora continentur, et locus est cuique rei ubi est; locus Christi aeternus ubi semper

per est, ipse Pater est, et locus Patris Filius est, quia ego, inquit, in Patre, et Pater in me est... Et: *Sicut tu Pater in me, et ego in te: et locus noster ipsi sunt: Ut et ipsi in nobis unum sint: et nos locus Dei sumus, quoniam templum ejus sumus, sicut orat pro nobis qui mortuus est pro nobis, vivitque pro nobis, ut in ipsis unum sumus; quia factus est in pace locis ejus, et habitat in Sion que nos sumus. Sed quis idoneus loca ista, vel que sunt in locis istis, sine spatiois capacitatibus, et sine corporis molibus cogitare? Non parum tamen proficiunt, si salem quid quid tule oculis cordis occurrit, negatur, respuit, improbat: et lux quedam in quā ista neganda, respondet, improbanda cernuntur, sicut potuerit, cogitat; et quā sit certa cognoscitur, et amat, ut inde surgatur, atque ad interiora tendatur: que cīm perspicere mens invalida, et minis quā illa sunt pura, nequerit; non sine amoris genitu et desideri larymī inde pellatur; et patienter ferat quādū die mandatur, atque ut illi habitare valeat, sanctis moribus preparatur. Quomodo ergo non erimus cum Christo ubi est, quando in Patre cum illo erimus, in quo est? Ille Apostolus ait: *Si conseruasti cum Christo, que sursum sunt quartile, ubi Christus est in dextera Dei sedens: que sursum sunt sapientia, non que super terram.* Mortui enim esis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, Coloss. 3, 5. Ecce interim fide ac spe via nostra ubi Christus est, cum illo est, quia cum Christo in Deo est. Ecce velut jam factum est, quod oravit ut fieret, dicens: *Volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum: sed nunc per fidem.* Quando autem fact est per speciem? Cum Christus apparerit vita vestra, tunc et vos apparibitis cum ipso in gloria. Tunc videbimus gloriam ejus ut Unigeniti à Patre, et gloriam quam dedit illi Pater in Incarnatione, et in Resurrectione, ut homini. Quam quidem gloriam ut aeterno Patris in se amori acceptam refert caput nostrum: *Quia dilexisti me ante constitutionem mundi;* ita et nos quidquid spiritualium honorum est, quod à Deo per Christum accepimus, et acceperit sumus, gloriam et gloriam, accepta in referent debemus amori quo nos Deus gratias dilexit in Christo Iesu ante constitutionem mundi.*

Vers. 25, 26. — *Pater iuste, mandus te non cognovit, ego autem te cognovi, et hi cognoverunt quia tu me misisti.* Sua culpa et voluntaria excedit mandus non cognovit Deum et Filium ejus Iesum Christum, quia carnalis homines dilexerunt tenebras magis quam lucem.... Illi igitur domum fidei non tribuit Pater, quia iustus est: dedit autem illis quos elegit de mundo, quia misericors est. S. Augustinus, tract. 91 in Joan.: *Mundus ille damnationi prædestinatus meritò non cognovit: mundus verò quem per Christum reconciliavit sibi, non merito, sed gratiā cognovit. Quid est enim cognoscere, nisi vita aeterna? Quam mundo damnato ullaque non dedit, reconciliato dedit. Propter itaque mundus non cognovit, quia iustus es, et meritis ejus ut non cognosceret tribuisti: et propter ea mundus reconciliatus cognovit, quia misericors es,*

et ut cognosceret, non ei merito, sed gratia subvenisti. » Omnis porrò cognitio quae de Deo, et de Christo Iesu Domino nostro, et eius mysteriis habetur, ad Dei dilectionem ordinari debet; si enim sit sterilis, nec amorem parat, in maiorem damnationem vertitur eorum quibus data est. » Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam, ut dicatio quæ dixisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis. Unde et legis et omnium divinarum scripturarum plenitudo et finis est dilectio

CAPUT XVIII.

1. Hac cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat horus, in quem introivit ipse, et discipuli ejus.

2. Seiebat autem et Judas, qui tradebat eum, locum: qui frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.

3. Judas ergo, cum acceperat cohortem, et a pontificibus et phariseis ministros, venit illuc cum laterinis, et facibus, et armis.

4. Jesus itaque sciens omnia que ventura erant super eum, processit, et dixit eis: Quem queritis?

5. Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem et Judas, qui tradebat eum, cum ipsis.

6. Ut ergo dixit eis: Ego sum, abiérunt retrorsum, et cecidérunt in terram.

7. Iterum ergo interrogavit eos: Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum.

8. Respondit Jesus: Dixi vobis quia ego sum: si ergo me queritis, sinite hos abire;

9. Ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos disti mihi, non perdimi ex eis quicquam.

10. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, et percussit pontificis servum: et abscedit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus.

11. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

12. Cohors ergo, et tribunus, et ministri Iudeorum compreenderunt Jesus, et ligaverunt eum.

13. Et adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim sacer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.

14. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudeis quod illi esset beati-père Caiphæ, qui erat grand-pretre cette année-là.

14. Or Caiphæ était celui qui avait donné ce conseil aux Judeis, qu'il était expédié qu'un seul homme mourût pour le peuple.

15. Cependant Simon-Pierre suivait Jesus, comme aussi un autre disciple, qui, étant connu du grand-pretre, entra avec Jesus dans la cour du grand-pretre.

16. Mais Pierre demeura dehors à la porte: alors cet autre disciple, qui était connu du grand-pretre, sortit, et parla à la portière, qui fit entrer Pierre.

17. Cette servante donc qui gardait la porte dit à Pierre: N'êtes-vous pas aussi des disciples de cet homme-là? Et il répondit: Je n'en suis point.

18. Or les serviteurs et les officiers étaient auprès du feu, où ils se chauffaient, parce qu'il faisait froid: Pierre était aussi avec eux, et se chauffait.

19. Cependant le grand-pretre interrogait Jesus touchant ses disciples et sa doctrine.

rei quæ frumentum est, scilicet Dei, et rei que nobiscum cæ re frui potest, scilicet proximi. Et quisquis Scripturas divinas, vel qualibet carum partem intellectuisse sibi videtur, ita ut eo intellectu non adiuvet istam geminam charitatem Dei et proximi; nihil intellectu. Nam Scriptura non precipit nisi chartamen, nec cupit nisi cupiditatem, et eo modo informat mores hominum. » Ita S. Augustinus, lib. 4 de Doctr. Christi, e. 35, 36.

CHAPITRE XVIII.

1. Jesus ayant dit ces choses, s'en alla avec ses disciples au-delà du torrent de Cedron, où il y avait un jardin dans lequel il entra avec eux.

2. Or, Judas qui le trahissait, connaissait aussi ce lieu-là, parce que Jesus s'y était souvent trouvé avec ses disciples.

3. Judas ayant donc pris une compagnie de soldats, et de gens qui lui dominaient les princes des prêtres et les pharisiens, vint en ce lieu avec des lanternes, des flambées et des armes.

4. Cependant Jesus, qui savait tout ce qui devait lui arriver, vint au-devant d'eux, et leur dit: Qui cherchez-vous?

5. Ils répondirent: Jesus de Nazareth. Jesus leur répondit: C'est moi. Or Judas qui le livrait, était lui-même avec eux.

6. Lors donc que Jesus leur eut dit: C'est moi, ils reculerent et tombèrent par terre.

7. Jesus leur demanda une seconde fois: Qui cherchez-vous? Ils lui dirent: Jesus de Nazareth.

8. Jesus répondit: Je vous ai dit que c'est moi; si c'est donc moi que vous cherchez, laissez aller ceux-ci;

9. Afin que cette parole qu'il avait dite, fût accomplie: Je n'ai perdu aucun de ceux que vous m'avez donnés.

10. Alors Simon-Pierre, qui avait une épée, la tiró, et frappa un serviteur du grand-pretre; et lui coupa l'oreille droite; or cet homme s'appelait Malchus.

11. Mais Jesus dit à Pierre: Remettez votre épée dans le fourreau. Ne faut-il pas que je boive le calice que mon Père m'a donné?

12. Les soldats donc, le capitaine, et les gens envoyés par les Judeis, prirent Jesus, et le lièrent.

13. Et ils l'aménèrent premièrement chez Anne, parce qu'il était beau-père de Caiphæ, qui était grand-pretre cette année-là.

14. Or Caiphæ était celui qui avait donné ce conseil aux Judeis, qu'il était expédié qu'un seul homme mourût pour le peuple.

15. Cependant Simon-Pierre suivait Jesus, comme aussi un autre disciple, qui, étant connu du grand-pretre, entra avec Jesus dans la cour du grand-pretre.

16. Mais Pierre demeura dehors à la porte: alors cet autre disciple, qui était connu du grand-pretre, sortit, et parla à la portière, qui fit entrer Pierre.

17. Cette servante donc qui gardait la porte dit à Pierre: N'êtes-vous pas aussi des disciples de cet homme-là? Et il répondit: Je n'en suis point.

18. Or les serviteurs et les officiers étaient auprès du feu, où ils se chauffaient, parce qu'il faisait froid: Pierre était aussi avec eux, et se chauffait.

19. Cependant le grand-pretre interrogait Jesus touchant ses disciples et sa doctrine.

20. Respondit ei Jesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, et in templo, quo omnes Iudei conveniunt: et in occulto locutus sum nihil.

21. Quid me interrogas? Interroga eos qui audiuerunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quae dixi.

22. Hec autem cum dixisset, unus assistens minister dedit alapam Jesu, dicens: Sic respondest pontifici?

23. Respondit ei Jesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cadis?

24. Et misit eum Annas ligatum ad Caiphæ pontificem.

25. Erat autem Simon Petrus stans, et calefaciens so. Dixerunt ergo ei: Numquid tu et tu ex discipulis eis es? Negavit ille, et dixit: Non sum.

26. Dicit ei unus ex servis pontificis, cognatus ejus enus abscedit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illis?

27. Iterum ergo negavit Petrus: et statim gallus cantavit.

28. Adduxerunt ergo Jesus a Caiphæ in praetorium. Erat autem manuë: et ipsi non introierunt in praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.

29. Exiit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc?

30. Responderunt, et dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, noui tibi tradidimus eum.

31. Dixit ergo cis Pilatus: Accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudei: Nobis non licet interficere quemquam.

32. Ut seruo Iesu impleretur, cum dixit, significans quia morte esset moriturus.

33. Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus, et vocavit Jesum, et dixit ei: Tu es rex Iudeorum?

34. Responderunt Jesus: A temelio hoc dicas? an alli dixerunt ibi de me?

35. Responderunt Pilatus: Numquid ego Iudeus sum? Gens tua, et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti?

36. Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judeis: num autem regnum meum non est hic?

37. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicas quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimoniis perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

38. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudeos, et dicit eis: Ego nullum invenio in eo causam.

39. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Paschâ: vultis ergo dimittam vobis regem Iudeorum?

40. Clamaverunt ergo rursus omnes, dicentes:

20. Jesus lui répondit: J'ai parlé publiquement à tout le monde: j'ai toujours enseigné dans la synagogue et dans le temple, où tous les Juifs s'assemblent, et je n'ai rien dit en secret.

21. Pourquoi m'interrogez-vous? Interrogez ceux qui m'ont entendu; pour savoir ce que je leur ai dit: ce sont eux-là qui savent ce que j'ai enseigné.

22. Comme il eut dit cela, un des officiers qui était là présent, donna un soufflet à Jesus, en lui disant: Est-ce ainsi que vous répondez au grand-prêtre?

23. Jesus lui répondit: Si j'ai mal parlé, faites voir le mal que j'ai dit; mais si j'ai bien parlé, pourquoi me frappez-vous?

24. Et Anne l'envoya lié au grand-prêtre Caiphæ.

25. Cependant Simon-Pierre était là, et se chauffait. Quelques-uns donc lui dirent: N'êtes-vous pas aussi de ses disciples? Il le nia en disant: Je n'en suis point.

26. Alors un des serviteurs du grand-prêtre, parent de celui à qui Pierre avait abattu l'oreille, lui dit: Ne vous ai-je pas vu dans le jardin avec cet homme-là?

27. Pierre le nia encore une fois; et aussi le fit chantier.

28. Ils menèrent donc Jesus de la maison de Caiphæ au palais du gouverneur. C'était le matin: et il s'entretenait point dans le palais, de peur qu'êtant devenus impurs, ils ne pussent manger la paque.

29. Pilate donc sortant, vint à eux, et leur dit: Quel est le crime dont vous accusiez cet homme?

30. Ils répondirent et lui dirent: Si ce n'était pas un malfaiteur, nous ne vous l'aurions pas livré.

31. Pilate leur dit: Prenez-le vous-mêmes, et le jugez selon votre loi. Les Juifs lui répondirent: Il ne nous est pas permis de faire mourir personne.

32. Au fil que ce que Jesus avait dit, lorsqu'il avait marqué de quelle mort il devait mourir, fut accompli.

33. Pilate étant donc rentré dans le palais, et ayant fait venir Jesus, lui dit: Êtes-vous le roi des Juifs?

34. Jesus lui répondit: Dites-vous cela de vous-même, ou si d'autres vous l'ont dit de moi?

35. Pilate lui répondit: Est-ce que je suis Juif? Cœux de votre nation et les princes des prêtres vous ont livrés entre mes mains. Qu'avez-vous fait?

36. Respondit Jesus: Mon royaume n'est pas de ce monde; si mon royaume était de ce monde, mes serviteurs auraient combattu pour m'empêcher de tomber entre les mains des Juifs. Mais mon royaume n'est pas d'ici.

37. Pilate lui dit: Vous êtes donc roi? Jesus lui répondit: Vous l'avez dit, je suis roi; c'est pour cela que je suis né, et que je suis venu dans le monde afin de rendre témoignage à la vérité. Quiconque appartient à la vérité écoute ma voix.

38. Pilate lui dit: Qu'est-ce que la vérité? Et ayant dit ces mots, il sortit encore pour aller vers les Juifs, et leur dit: Je ne trouve aucun crime dans cet homme.

39. Mais c'est la coutume que je vous délivre un criminel à la fête de Pâque; voulez-vous donc que je vous délivre le roi des Juifs?

40. Ils se mireront tout de nouveau à crier tous ensemble: Nous ne voulons point de celui-ci, mais touchons ses disciples et sa doctrine.